vacua nequaquam astrueres. Dū ergo nos
incepta sacra pagine te interim nos
experiri oportet quod nobiscum ituca es
ad palaciū et regijs honoranda muneribus.
si nris acquiescas iussionibus. Hec dicens arci
to clanculū nuncio misit litteras regio
anulo signitas per infra iacētes puincias
ad oēs rethores et gramaticos et quibus
in doctrina fame celebrior nō acquisierat.
ut hij oēs ad ptoriū alexandrinū sn̄ recu
sacione occurrant. eo studiosius quod illos altis
imperator honoribus donandos pmittit. et
inter pmos palacij sui interesse cōsilijs.
tm̄ si hac cōcionatricē temerariā suis
assercionibus supatā reddiderint. et hinc
imperatori optatū reportauerit triumphū.
quatenus blasphemias quas dijs magnis
irrogauit in suū caput refusas agnoscat.
quod rationis ordo exigit. ut primum arte
oratoria qua se iactenter attollit reuin
catur. Quomodū vō si dijs ymolari detrectat.
pendali cruciatu intereat. Paruit nuncius
regijs mādatis et expletis imperator sacri
legis officijs virginē iubet cōprehendi.
et ad palaciū duci quā blando sermone
pmū cepit affari. Nomē inquiens tuū
puella a quoque et quos in studijs liberalibus
magistros habuisti penitus ignoro. sed speciosa
facies et decora alto sanguine te ptestatur.
et lo orta. et loquēdi pitia in laudē refu
deret magistrorum. nisi in hoc vno oberrasses. quod
omnipotentibus dijs derogāda cōtumeliosaque p
sistis. Rndens puella dixit tirāno. Si nō
queris katherina dicor costi regis quondā
filia. liberaliū arciū nō ignobiles doctores
quātū ad inanem mūdi gloriā habui.
de quibus quod michil mihi quod esset conducibile ad
beatā vitā cōtulerūt. tota eorum memoria
silescat. postquam enim mihi sanctioris doctrine
lux emicauit. mox tenebrosā erratice
doctrine noctē deserui. Audiui enim beatam
vocē euāgelij dn̄i mei ihu xpi cui me
sponsā et ancillā federe stabiliui et deuo
cui cuius numine inspirata multo an
tempore ex voce ipsius propheta clamat dicens.
Perdam sapientiam sapienciū et intellectum
intelligenciū reprobabo. Audiui et illud
propheticum. Deus autem noster in celo oīa quecumque
voluit fecit. Simulacra gencium argentū
et aurū opera manuū hominum. Os habent et
cetera. Aures habent et cetera. Manus habent et cetera.
Similes illis et cetera. Et alibi. Omnes dij
gencium demonia. Alioquin tu qui manu
hominis formatos omnipotentes deos asseris
quos corpore pstrato et vultu humili
adoras. Postquam me de cultura eorum suades
certū expimentū potētie sue ondere
debes. Dū enim sculpta artificis expoliti
arte mechanica ex erea massa in hominem
formantur. aut in ligno et lapide velut vi
genti mēbra insculpuntur. restat ut ora
loquantur. oculi videant. audiant aures.
manus palpent et cetera. officiū naturale
quod simulant pagant. Sin autem vana plane
religio ymmo insania est talibus diuine
potencie honorē ascribi. qui nec cultoribus
suis bn̄ficia vlla pstare nec offensi se
vindicare possunt. certe quod nec se esse sciunt.
dū materia insensibilis inquantumque ea
eius similitudinē inseruetis. nec forme
gaudet nitore nec vilem monstruose
rei ymaginē exhorret. quin pociusque tanto
est illi in templo marmoreo sedem habere
quanto in immundis cloacis iacere. O id est deos
venerabiles quibus nec honor impensus beni
uolenciā nec cōtemptus parit offensionē.
O felices taliū numinū cultores quibus
vocati in necessitate non assunt. in tribulacōe
non succurrunt. in periculis non defendunt.
Regius interea nuncius peragratis pro
uincie finibus alexādriā reuertitur.
duces secum quinquaginta viros qui in oī
doctrina se egipciorum et arciū liberaliū
ymmo sapientia mūdi excellere vltra oēs
mortales asserebant. hos introductos im
perator scissitari cepit de doctrina et sapia
eorum. Illi multa ecōtra referunt. et quod
inter vniuersos orientales oratorie fa
cundie et sapie arcē tenebant. Sed tu
inquit imperator nobis aperire habes qua
nā causā exercitus euocatos sedibus huc
venire voluisti. si magnū aliquid aut
diuinū est dic nobis. Rndit. Iuuenis quedā
etate puella. sed verborū affluencia et sensu
ut nobis videtur incōparabiliter astuta. que eos
viros disputando reddit victos et elin
gues. sed quod me male alicuius vicit in mor
taliū deorum meorū culturā manē esse
nō solū asserit. sed vana simulacra demo
niū affirmat. Poteram sane hanc vi
regia ad sacrificandū impellere. aut
penalibus tormētis extinguere. sed
pluris nobis eā videtur si fieri potest vestris
iā argumētis inclusam cōfutare. et
via rationis inflectere. Quibus si
obstinacius restiterit. ego eā exquisitis
tormentis faciam interire. vos aut

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. f.%20136v – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/vad/0070/f.%20136v)